

Universitätsbibliothek Wuppertal

M. Tvllii Ciceronis Opera Omnia

Cicero, Marcus Tullius

Basileæ, MDCLXXXII

In L. Catilinam IV

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1133](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1133)

M. TVLLII CICERONIS

I N

L. CATILINAM

Q V A R T A.

H A B I T A I N S E N A T V.

ORATIO VICESIMA SECUNDA.

S Y N O P S I S.

Quæstio, Utrum Syllani, an verò Casaris sententia de conjuratorum supplicio sequenda? Habita in senatu, nonis Decemb. Eventus. Catonis sententia, supplicium de Lentulo, Cethego, Statilio, Gabinio, Cepario sumptum in carcere.



MEO, P. C. in me omnium vestrum ora, atque oculos esse conversos, video, vos non solum de vestro, ac reip. verum etiam, si id depulsum sit, de meo periculo esse sollicitos. Est mihi jucunda in malis, & grata in dolore, vestra erga me voluntas: sed eam, per deos immortales, quæso, deponite, atque oblii salutis meæ, de vobis, ac de liberis vestris cogitate. Mihi quidem si hæc conditio consulatus data est, ut omnes acerbitates, omnibus dolores, cruciatibusque perferrem; seram non solum fortiter, sed etiam libenter, dummodo meis laboribus, vobis, populoque R. dignitas, salusque pariat. Ego sum ille consul, P. C. cui non *1* forum, in quo omnis æquitas continetur; non campus, consularibus auspiciis consecratus: non curia, summum auxilium omnium gentium: non domus, commune perfugium: non lectus, ad quietem datus: non denique *2* hæc sedes honoris, sella curulis: unquam vacua mortis periculo, atque insidiis fuit. Ego multa tæcui, multa pertuli, multa concessi, multa *3* meo quodam dolore, in vestro timore, sanavi. Nunc, si hunc exitum consulatus mei dii immortales esse voluerunt, ut vos, P. C. populumque R. ex cade misera, conjuges, liberosque vestros, virginesque Vestales ex acerbissima vexatione: templa, atque delubra, hanc pulcherrimam patriam omnium nostrum ex scædissima flamma: totam Italiam ex bello & vastitate eriperem: quæcumque mihi uni proponitur fortuna subeat. Etenim, si P. Lentulus suum nomen, inductus à vatibus, fatale ad perniciem reipub. fore putavit: cur ego non læter meum consulatum ad salutem reip. prope fatalem existitis? Quare, P. C. consulite vobis, prospicite patriæ, conservate vos, conjuges, liberos, fortunæque vestras: populi R. nomen, salutemque defendite: mihi parcere, ac de me cogitare desinite. Nam primum debeo sperare, omnes deos, qui huic urbi præsidet, pro

eo mihi, ac mereor, relatores gratiam esse. deinde, si quid obtigerit, æquo animo, paratoque moria. **NEQVÆ ENIM** turpis mors forti viro potest accidere, neque immatura consulari, nec misera sapienti. Nec tamen ego sum ille ferreus, qui fratris carissimi atque amantissimi præsentis mœrore non movear, horumque omnium lachrymis, à quibus me circumfessum videtis; neque meam mentem non domum sæpe revocat exanimata uxor, abjecta metu filia, & parvulus filius, quem mihi videtur amplecti respub. tanquam *obfidem* consulatus mei: neque ille, qui expectans hujus exitum diei, adstat in conspectu meo gener. moveor his rebus omnibus, sed in eam partem, ut salvi sint vobiscum omnes, etiam si vis aliqua me oppresserit, potius, quam & illi, & nos unà cum rep. pereamus. Quare, P. C. incumbite ad reip. salutem; circumspicite omnes procellas, quæ impendent, nisi provideatis. non Ti. Gracchus, qui iterum tribunus plebis fieri voluit: non C. Gracchus, qui agrarios concitare conatus est: non L. Saturninus, qui C. Memmium occidit, in discrimen aliquod, atque in vestra severitatis iudicium adducitur: sed tenentur ii, qui ad urbis incendium, *4* ad vestram omnium eadem, ad Catilinam accipiendum, Romæ resistere. tenentur litteræ, signa, manus, denique *uniuscujusque confessio*: sollicitantur Allobroges: servitia excitantur: Catilina arcessitur: *4* id est initium consilium, interfectis omnibus, nemo ne ad deplorandum quidem reip. nomen, atque ad lamentandam tanti imperii calamitatem relinquitur. Hæc omnia indices detulerunt, rei confessi sunt. vos multis jam iudiciis judicastis: primum, quod mihi gratias egistis singularibus verbis: & mea virtute, atque diligentia, perditorum hominum patefactam esse conjurationem decrevistis: deinde quod P. C. Lentulum, ut se abdicaret prætura, coëgistis: tum quod eum, & ceteros, de quibus judicastis, in custodiam dando censuistis, maximeque quod meo nomine supplicationem decrevistis;

1 **F**oram in quo omnis æquitas continetur.) Coniicit Gulielmus; seram, qui emans. &c.

2 **Hæc sedes honoris, sella curulis.**) Extrat item in Pal. sexto, *honoris id est sella curulis*, imò in nono erat, *honoris non sella curulis*; adeo ut assentiar Muræto videri à glossa, *sella curulis*, haud tamen adhuc exturbare audeo.

3 **Meo quodam dolore, in vestro timore.**) Ingeniose quidem, Lipsius libro IV. Var. lect. cap. 22. *sua vestro timore*. sed nihil mirandum, timor enim ex conjuratione ad omnes; dolor ad Ciceroem maxime pertinere; qui impugnabatur maxime, & de timore populi ac Senatus,

non Sallustius tantum, sed & hi Invektivarum libri pleni.

4 **Ad vestram omnium eadem.**) Malui ibid., repertum à me in Pall. tribu.; & à Zuzerlingo meo in Turing. quàm hæctenus vulgatam, *vestram*.

5 **Id est initium consilium.**) Pal. non. *initium est consilium*. Colon. *Tale initium consilium*, quod probat orationis consecutio, adnotat Gulielm.

6 **Lentulum se abdicare prætura, coëgistis.**) Pall. sic. sext. *Hitt. Fabr. Vverd. Lentulum se abdicare præ. coëg.* melius haud dubio, haud tamen accedunt ulli editi.

crevistis: qui honos togato habitus ante me est nemini, postremo hosterno die *præmia* legatis Allobrogum, Titoque Vulturcio dedistis amplissima: quæ sunt omnia ejusmodi, ut si, qui in custodiam nominatim dati sunt, sine ulla dubitatione à vobis *damnati* esse videantur. Sed ego institui referre ad vos, P. C. tanquam integrum, & de facto, quid judicetis: & de pœna, quid sentietis illa prædicam, quæ sunt consulis. Ego magnum in repub. versari furorem, & nova quædam miseri, & concitari mala jam pridem videbam: sed hanc tantam, tam exitiosam haberi conjurationem à civibus, numquam putavi. Nunc, quidquid est, quocumque vestræ mentes inclinant, atque sententis, statuendum vobis *ante noctem* est. Quantum facinus ad nos delatum sit, videtis. huic si paucos putatis affines esse, vehementer erratis. Latius opinione *dissimulatum* est hoc malum: manavit non solum per Italiam, verum etiam transcendit Alpes, & obscure serpens, multas jam provincias occupavit. id opprimi sustentando, ac prolatando nullo pacto potest. quacumque ratione placet, celeriter vobis vindicandum est. Video duas adhuc esse sententias: unam D. Silani, qui censebat eos, qui hæc delere conati sunt, *morte* esse multandos: alteram C. Cafaris, qui mortis pœnam removel, ceterorum suppliciorum omnes acerbitates amplectitur. Uterque & pro sua dignitate, & pro rerum magnitudine in summa severitate versatur. Alter eos, qui nos omnes, qui populum Rom. vita privare conati sunt, qui delere imperium, qui populi Romani nomen extinguere, punctum temporis *frui* vita, & hoc communi spiritu, non putat oportere: atque hoc genus pœnæ sæpe in improbos civeis in hac republ. esse usurpatum recordatur. alter intelligit, *mortem à diis immortalibus non esse supplicii causa constitutam*: sed aut necessitatem naturæ, aut laborum, ac miseriarum quietem esse. Itaque *RAM SAPIENTIS* numquam inviti, fortes etiam sæpe libenter oppetiverunt. vincula verò, & ea sempiterna certe ad singularem pœnam nefarii scelere inventa sunt. Itaque municipiis dispertiri jubet. Habere videtur ista res iniquitatem, si imperare velis: difficultatem, si rogare, decernatur tamen, si placet. Ego enim suscipiam, & ut spero, reperiam, qui id, quod salutis omnium causa statueritis, non putet esse suæ dignitatis recusare. Adjungit gravem pœnam municipibus, si quis eorum vincula ruperit: horribilem custodias circumdat: 2 & digna scelere hominum perditorum, sancit, ne quis eorum pœnam, quos condemnat, aut per senatum, aut per populum *levare* possit. eripit etiam *spem*, quæ sola hominem in miseriis consolari solet, bona præterea publicari jubet: vitam solam relinquit nefariis hominibus: quam si eripuerit, 3 multas uno dolore animi, atque corporis, & omnes scelestum pœnas ademisset. Itaque *ut aliqua in vita formido* imptobis esset posita, apud inferos ejusmodi quædam illi antiqui supplicia impiis *conditura* esse voluerunt: quòd videlicet intelligebant, his remotis, non esse mortem ipsam pertimescendam. Nunc, P. C. ego mea video

quid interfit. si eritis secuti sententiam C. Cafaris: quoniam hanc is in rep. viam, quæ popularis habetur, secutus est, fortasse minus erunt, 4 hoc auctore & cognoscere hujusce sententis, mihi populares impetus pertimescendi, 5 sin illam alteram: nescio, an amplius mihi negotii contrahatur. sed tamen meorum periculorum rationes & utilitas reip. vincat. Habemus enim à C. Cafare, sicut ipsius dignitas, & majorum ejus amplitudo postulabat, sententiam, tanquam oblidem perpetua in temp. voluntatis, intellectum est, quid interfit. inter lenitatem concionatorum, & animum verè popularem, salutem populi consulentem. Video de istis, qui se popularibus haberi volunt, *abesse*, non neminem, ne de capite videlicet civium R. sententiam ferat. is & nudusertus in custodiam civeis R. dedit, & supplicationem mihi decrevit, & indices hesterni die maximis præmiis affecti, jam hoc nemini dubium est, *quæ* *RAM* custodiam, quætorum gratulationem, *indici præmiis* decrevit, quid de tota re, & causa judicabit. At verò C. Cafar intelligit, legem Semproniam esse de civibus R. constantem, qui autem reip. sit *hostis*, eum civem esse nullo modo posse: denique ipsum latorem legis Sempronis, iussu populi pœnas reip. dependisse. 7 idem ipsum Lentum cum largitorem, & prodigum, non putat, cum de pernicie populi R. exitio hujus urbis, tam acerbè, tamque crudeliter cogitari, appellari posse *popularem*. Itaque homo mitissimus, atque lenissimus non dubitat P. Lentulum æternis tenebris, vinculisque mandare: & sancit in posterum, ne quis hujus supplicii levando se jactare, & in pernicie populi R. posthac popularis esse possit. adjungit etiam publicationem bonorum, ut omnes animi cruciatus, & corporis, etiam egestas, ac mendicitas conlequatur. Quamobrem si hoc statueritis: dederitis mihi comitem ad concionem populo carum, atque jucundum: si ve Silani sententiam si qui malueritis: facile me, atque vos 8 à crudelitatis *vi* *supera* *tione* defendeatis: atque obtineo, eam multo leniorem fuisse. Quamquam, P. C. quæ potest esse in tanti sedentis inmanitate puniendi *crudelitas*? ego enim de inco sensa judico. Nam ita mihi salva republ. vobiscum persequi liceat, ut ego, quod in hac causâ vehementior sum non atrocitate animi moveor, (quis enim est me mitior?) sed singulari quadam humanitate, & misericordia. Videor enim mihi hanc urbem videre, lucem orbis terrarum, atque arcem omnium gentium, subito uno incendio concidentem: cerno animo 9 *sepulta in patria* miseris, atque insepultos acerros civium: versatur mihi ante oculos ad specus Cethegi, & furor, in vestra cæde bacchantis. Cum verò mihi propolui regnantem Lentulum, sicut ipse se ex fati sperasse confessus est, purpuratum esse hunc Gabinium cum exercitu venisse Catilinam, tum lamentationem matrum, familiarum, tum fugam virginum, atque puerorum, ac vexationem virginum Vestalium perhorresco: & quia si *hi* vehementer hæc videntur misera, atque *miseranda*, idcirco in

eos,

1. Itaque municipiis dispertiri, *juvet*.] Vox itaque non reperta mihi in edd. vet. aut Palatinis: sed nec Gulielmo in Hist. Fabr. Vverd. mirrorque cur non exponeret: hoc etiam; asseverare Lambinum restare in fort. fere omnibus *municipibus*; cum alterum perisset in nostris & vetusto codic.

2. *Et hujus scelere hominum perditorum, sanctitas* &c.] Moreti Lambinique edicio, & digna, sed nullus suffragatur liber; estque ineptum male tantum prius cusi interponerant, *perditorum sancti*: ne.

3. *Multas uno dolore animi, atque corporis*] Nihil variant Pall. quam quod lex: *multis*, quod placet, nisi forte malimus cum Colon. *animi atque corporis multos* aut *delictis* subaudi *delictis*, quod qui non viderunt, sententiam corripserunt.

4. *Hæc auctore & cognoscere*] Miror istud al. os sequi non potuisse inventam in mis. suis, & tenuisse, *hæc miseri* & *auctore*, quod in nullo fere nostrorum; qui omnes alterum illud præscribunt. & venustissimi profecto C. Cafar auctor dicitur ejus sententis quam dixit, & cogitor, quam ut suam defendit.

5. *Sin illam alteram*] Edici adjecterant, *secuti eritis*, repetitum è superioribus, neque habebant miss. n. eliores: unde & releverat Lambinus.

6. *Vincula reip. vincat*] Est à conjectura Moreti; edici olim & Pall. al. hinc scripti *vindicat*. nisi quod Suffridus innere videtur in schedis suis, prius illud quoque inventum sibi in cod. veteri.

7. *Idem ipsum Lentulum largitorem & prodigum, non putat, cum de pernicie populi Rom. exitio hujus urbis, &c.*] Emendatio omnis transpositio quoque est à Pall. & Hist. Fabr. Vverd. illud præterea *populi Rom.* ab olim editis, quos ratio Ciceronis adjuvat, & conjungas ducta, eadem de causa & infra quoque paucis interjectis versibus, scriptum, *in pernicie populi Rom. ex sede earundem membra arant*.

8. *Acridelitate superatione defenditis*] Pal. sext. & dec. interponunt, P. R. *des*, & vero veterima ed. *populum defendit*. colon. à crud. *visus*. P. R. *exhibitis*. unde faciebat Gulielmus, aut, *populi Rom. exhibitis* aut certe P. C. *exhibitis*.

9. *Sepulta in patria*] Sic & præter Lambinianos Ab. & Vverd. vulgata prius, *sepulcra patriam* quod non omnino etiam damnem.

Vebentia

eos, qui ea perficere voluerunt, me severum, 1. vehementemque præbeo. Etenim quæro, si quis paterfamilias liberis suis a seipso inirefectis, uxore occisa, incensa domo, 2. supplicium de seipso quam acerbissimum sumferit: utrum is clemens, ac misericors, an inhumanissimus & crudelissimus esse videatur? mihi verò importunus, ac ferreus, qui non dolore ac cruciata nocentis, suum dolorem cruciatumque lenierit. Sic nos in his hominibus, qui nos, qui conjuges, qui liberos nostros trucidare voluerunt: qui singulas uniuscujusque nostrum domos, & hoc universum reip. domicilium deleere conati sunt: qui id egerunt, ut gentem Allobrogum in vestigiis hujus urbis, atque in cinere deflagrati imperii collocarent: si vehementissimi fuerimus, misericordes habebimur: si remissiores esse voluerimus, summæ nobis crudelitas in patre, civiumque perniciæ fama subeunda est. nisi verò culpam L. Cæsar, vir fortissimus, & amantissimus reip. crudelior nudiustertus visus est, cum sororis suæ, faminæ electissimæ, virum præsentem, & audientem, vita privandum esse dixit, cum avum jussu Cæs. in effectum filiumque ejus impuberem, legatum a patre missum in carcere necatum esse dixit, quorum, quod simile factum? quod inritum defendæ reipub. consilium? largitionis voluntas tum in rep. versata est, & partium quædam contentio. Atq; illo tempore hujus avus Lentuli, clarissimus vir, 3. armatus Gracchum est pericurus: ille etiam grave tum vulnus accepit, nequid 4. de summa dignitate reip. minueretur hinc ad evertendam fundamenta reipub. Galios accessit, servitia concitavit, Catilinam evocavit, attribuit nos trucidandos Cethego, ceteros civis interficiendos Gabino, urbem in flammam dant Casio, totam Italiam vastandam, diripiendamque Catilina. Vereamini, censeo, ne in hoc scelere tam immani, ac nefando nihil aliquid seveie statuisse videamini; cum multo magis sit vitendum, ne remissione pena crudeles in patriam, quam ne severitate animadversionis nimis vehementes in acerbissimos hostes fuisse videamur. Sed quæ ex audio P. C. dissimulare non possum, & factantur enim voces, quæ per veniunt ad aures meas, eorum, qui vereri videntur, ut habeant satis præsidii ad ea, quæ vos statueritis hodierno die, transigenda. Omnia & provisâ, & parata, & conituta sunt, P. C. cum mea summa cura, atque diligentia, tum multo etiam majore populi Rom. ad summum imperium retinendam, & ad communis fortunæ conservandas voluntate: 6. omnes adiunt omnium ordinum homine, omnium denique ætatum: plenum est forum, plena templa circa forum, pleni omnes aditus hujus loci ac

templi. Causa enim est post urbem conditam hæc inventa sola, in qua omnes feruntur unum, atque idem, præter eos, qui cum sibi viderent esse perendum, cum omnibus potius, quam soli perire voluerunt. hoc ego homines exclamatio, & fecerint libenter. 7. neque enim in improborum civium, sed in acerbissimorum hostium numero habendos puto. Ceteri verò, dii immortales, qua frequentia, quo studio, qua virtute ad communem dignitatem, salutemque consentiunt? Quid ego hic equies Rom. commemorarem? qui vobis & ita summam ordinis, consilii que concedunt, ut vobiscum de amore reip. certent: quos ex multorum annorum disensione ad hujus ordinis societatem, concordiamque revocatos, hodiernus dies vobiscum, atque hæc causa conjungit: quam conjunctionem si in consulatu confirmatam meo, perpetuam in repub. tenuerimus; confirmo vobis, nullum post hæc malum civile, ac domesticum ad ullam reip. partem esse venturum. Pari studio defendenda reip. convenisse video tribunos ætatis, fortissimos viros: scribas item universos: quos cum calu hic dies 9. ad ætatum frequentiam, video ab expectatione sortis ad communem salutem esse conversos. Omnis ingenuorum adest multitudo, etiam tenuissimorum. Quis est enim, cui non hæc templa, aspectus urbis, possessio libertatis, lux denique hæc ipsa, & hoc commune patriæ solum, cum sit carum, tum verò dulce, atque jucundum? Opera pretium est, P. C. liberorum hominum studia cognoscere, 10. qui fortuna sua civitatis jus consecuti; hæc vere suam patriam esse judicant: quam quidam hinc nati, & summo nati loco, non patriam suam, sed urbem hostium esse judicaverunt. 11. Sed quid ego hujusce ordinis homines commemorarem, quos privata fortunæ, quos communis respub. quos denique libertas ea, quæ dulcissima est, ad salutem patriæ defendendam excitavit? servus est nemo, 12. qui modo tolerabili conditione sit servituti, 13. qui non audaciam civium perhorrescat. 14. qui non hæc stare cupiat: qui non tantum, quantum audet, & quantum potest, conferat 15. ad communem salutem voluntatis. Quare si quem vestrum forte commoverit hoc, quod auditum est, lenonem quendam Lentuli concurrere circum tabernas; 16. pretio sperare sollicitari posse animos egentium, atque imperitorum: est id quidem ceptum, atque tentatum: sed nulli sunt inventi tam aut fortuna miseri, aut voluntate perditii, qui non ipsum illum sellæ, atque operis, & quæstus quotidiani locum: qui non cubile, ac lectulum suum: qui denique non cursum hunc otiosum vitæ suæ, salvum esse velint multo

verò.

1. Vehementemque præbeo. Pall. duo & Gulelmianis item ed. vet. præbeo. videtur Ciceroni el. or. al. era.
 2. Supplicium de seipso quam acerbissimum sumferit. Securus sum Lambini interpretatur, n. si quoc. reitio. servus quod reperitur in omnibus exemplaribus: eto edit. s. nedum scipius moris enim Romanis legibus, omnes laicos qui sub eodem manerant, necare ob patricium unius, quonia. n. quom. v. dete. apud Tacitum libro XIV. cap. 42. & deinceps.
 3. Armatus Gracchum est pericurus. I. a. Pall. quinq. ac enim Hitt. consensit, quod planè el. is visum Gul. elmio.
 4. De sum. a reip. d. partem. interpretatur. Pall. nonus non habet illud d. partem. extus præ. era. eo excludo d. summa rep. quod per placet.
 5. Tacitatur enim velle. Pal. pr. & sec. non agnoscit illud enim. Zinzlingi. s. n. univ. cap. 48. Promulga. exilare in Turing. Intercuratur enim. res eodem redit.
 6. Omnes aditus omnium ordinum homine, omnium, etc. Pal. ec. omnes aditus omnium hominum ordinum. Hic et ut aditus omnium ordinum hominum omnium, etc. qui in plebs. Gulelmianus ut intelligat: præter patres equitum, plebs. etiam, etc. n. s.
 7. Neque enim in summo imperio, etc. n. sed in a. et in summo, etc. Videtur quæc. verus, quod in Fabr. & Vver. neque in summo imperio, sed a. et in summo, etc. n. s.
 8. Ita summo quæc. et in summo imperio, etc. n. s. Er. à quatuor Pall. & Hitt. Fabr. Vver. neque aliter uliusq. originis editio. recentiores enim summa, dilore.
 9. Ad ætatum frequentiam, etc. La. editum voluit Gul. elmius cum Lambini, voce Platina. & sic etiam in Colowen. & Vver. quorum

prior statim etiam commate auct. or. est: video ab amore debita precunia, ab expulsiore ferri. quod ad obrusam veritatis adhibebant crisi otioles.
 10. Qui sua privata fortunam hujus civitatis consensit. Ita legebatæ p. s. m. anequam Muterius prodiderat, esse m. in quibus hæretis qui fortuna sua civitatis qui cons. id enim invari Lambinus equulo adlect. ac prius tamen hæretis in Pal. sec. in Erfurd. Hitt. Fabr. Vver. aperte restor. ceteros autem Palatinos retinere potius, qui sua fortunam hujus civitatis. nam decimus solum præfert, qui fortunam civitatis consensit.
 11. Sed quid ego ha. etc. ordinis homines commemorarem. etc. n. s. Mavult Gul. elmios quod est in Hitt. & Vver. sed quid ego ha. etc. hominum ordinum comm. quomodo item Pall. quatuor & editio v. n. s. om. Pal. pr. ego ha. etc. hujusce ordinis homines comm.
 12. Qui modo tolerabili conditione sit servituti. Pal. sec. qui non modo tolerabili sed d. itane sit servus. sext. non agnoscit mod.
 13. Qui non audaciam civium perhorrescat. Ita omnes Pall. & Hittorp. Grut. An. Vver. & olim excus. posteriores civium perditorum perhorrescat. omnia in genit.
 14. Qui non hæc stare cupiat. Sic itidem nostri, nisi quod pr. & sextus Pal. h. c. stare. lenlu non ita absurdus. editio prius ante Lambinum, non est hæc rep.
 15. Ad communem salutem voluntatis. Est à Pal. pr. sec. nono atque Gembl. & Vver. repetitæ in suis aliquot Muterius: unde admittit Lambinus.
 16. Pretio sperare sollicitari, etc. n. s. Haud aliter nostri & Vver. nec non Gembl. vulgata sperantem.

3. s. s. s.

verò maxima pars eorum, qui in tabernis sunt: 1 immo verò (id enim potius est dicendum) genus hoc universum, amantissimum est otii. etenim omne eorum instrumentum, omnis opera, ac quaestus, frequentia civium sustinetur, alitur otio: quorum si quaestus, *occlusa tabernis*, minus 18. solet; 2 quid tandem incensis futurum est? Quæ cum ita sint, P. C. vobis populi Rom. præsidia non delunt: vos ne populo Rom. deesse videamini, providete. Habetis consulem ex plurimis periculis, & insidiis, atque ex media morte, non ad vitam suam, sed ad salutem vestram reservatum: omnes ordines ad conservandam repub. mente, voluntate, studio, virtute, voce, consentiunt: obfessa facibus, & telis impiæ conjurationis, vobis supplex manus tendit patria communis: vobis se, vobis vitam omnium civium, vobis arcem, & Capitolium, vobis aras Penatium, vobis 3 illum *ignem Vestæ* perpetuum, ac sempiternum, vobis omnia templa deorum, atque delubra, vobis muros, atque urbis tecta commendat. Præterea de vestra vita, de conjugum vestrarum, ac liberorum hominum, de fortunis omnium, de sedibus, de focis vestris, hodierno die 19. vobis judicandum est. Habetis ducem, *memorem vestri, oblitum sui*: quæ non semper facultas datur: habetis omnes homines, universum populum Rom. 4 id quod in civili causâ hodierno die primum videmus unum atque idem sentientem. Cogitate, quantis laboribus fundatum imperium, quanta virtute stabilitam libertatem, quanta deorum benignitate auctis, exaggerataque fortunas 5 *una nox præne* delerit. Id ne unquam posthac non modo confici, sed 6 ne cogitari quidem possit ad civibus, hodierno die providendum est. Atque hæc non ut vos, qui mihi studio præne præcurritis, excitarem, locutus sum: sed ut mea vox, quæ debet esse in rep. princeps officio sancta consulari videatur. 20. Nunc antè quàm ad sententiam redeo, de me pauca dicam. Ego, quanta manus est, conjuratorum, quam videtis esse permagnam, tantam me inimicorum multitudinem suscepisse video: sed eam esse iudico, *turpem, & infirmam, & contemptam & abjectam*. Quòd si aliquando alicujus furore, & scelere concitata manus ista plus valuerit, quàm vestra, ac repub. dignitas: me tamen meorum factorum, atque consiliorum numquam, P. C. poenitebit. Etenim *mors*, quam illi mihi fortasse minitantur, *omnis est parata*: vitæ tantam laudem, quanta vos me vestris decretis honestastis, nemo est assecutus. 7 Ceteris enim semper bene gesta, mihi uni conservatæ rep. gratulationem 21. decrevistis. Sit Scipio clarus ille, cujus consilio, atque virtute Hannibal in Africam redire, atque ex Italia decedere coactus est: ornatur aliter eximia laude Africanus, qui duas urbes huic imperio infestissimas, Karthaginæ, Nu-

mantiamque delevit: habeatur vir egregius, L. Paulus ille, cujus curam rex potentissimus quondam, & nobilissimus, Perseus honestavit: sit in æterna gloria Marius, qui bis Italiam oblatione & metu servitutis liberavit: anteponat omnibus Pompejus, cujus res gesta, atque virtutes, iisdem, quibus *suis curis*, regionibus, ac terminis continentur. erit profectò inter horum laudes aliquid loci nostræ gloriæ: nisi forte *Marius* & *Paterfacere* nobis provincias, quò exire possimus, quàm curare, ut etiam illi, qui absunt, habeant quò victores revertantur. Quamquam est 22. uno loco conditio melior externæ victoriæ, quàm domesticæ: quòd hostes alienigenæ aut oppressi, serviant, & aut recepti, beneficio se obligatos putant: qui autem ex numero civium dementia aliqua depravati, hostes patriæ semel esse cœperunt, eos, cum à pernicie resp. repuleris, nec tunc cœccere, nec beneficio placare possis. Quare mihi cum peccatis civibus æternum bellum susceptum esse video: quòd ego vestro, bonorumque omnium auxilio, memoraque tantorum periculorum, quæ non modò in hoc populo, qui servatus est, sed etiam in omnium gentium *fermibus, ac mentibus* semper hærebit, à me, atque à meis facile propulsari posse confido. neq. ulla profectò tanta vis repelleret, quæ conjunctionem vestram equitumque Rom. & tantam conspirationem bonorum omnium perfringere, & libere factare possit. Quæ cum ita sint, Patres Conscripti, pro 23. imperio, pro exercitu, pro provincia, quam neglexi, pro triumpho, ceterisque laudis insignibus, quæ sunt à me, propter urbis, vestraque salutis custodiam, repudiata, pro clientelis, hospitibusque provincialibus, quæ tamen urbanis opibus non minore labore tueor, quam comparo: 9 pro his igitur omnibus rebus, & pro meis in vos singularibus studiis, diligentiæ, nihil aliud à vobis, nisi huius temporis, totiusque mei consilii *memoriam* postulo: quæ dum erit vestris mentibus infixa, firmissimo me muro *sepium esse* arbitror. Quòd si meam spem vis improborum *ferellerit*, atq. superaverit: commendo vobis parvum meum filium, cui profectò satis erit præsidii, non solum ad salutem, verum etiam ad dignitatem, si ejus, 10 qui hæc omnia suo solus periculo conservaverit, illum esse *filium* memineritis. Quapropter de summa salute vestra, populiq. R. P. C. de 24. vestris conjugibus, ac liberis: 11 de aris ac focis; de fanis, ac templis; de totius urbis tectis, ac sedibus; de imperio, de libertate, de salute Italiæ, deque universa repub. decernite diligenter, at instituitis, ac fortiter. 12 Habetis enim consulem, qui & parere vestris decretis non dubitet: & ea, quæ statueritis, quoad viveret, defendere, 13 & per se ipsum præstare possit.

M. TUL-

1. *Imò vero id enim, &c.* Sic quidem hodie legitur, sed supræmæ vultuæ colli, nisi vero, quod & extat in Pall. omn. bar. in Vverd. est, nisi videtur; quem solum excelsis Gulielmus: aliorum variantes lectiones, nactus videtur ab aliis.
2. *Quid tandem incensis futurum sit.* Ita Pall. omn. at restat in Hitt. *factum sit*, quod ultimum potarum interpretamentum prioris. Gulielmus tamen conjicit, *factum sit*, nisi tamen, in quibus suspicari liber, alterarum e glossæ esse, & fortean scribendum, *quod tandem incensis sit*: erit autem magis putem illud *factum*, heic legitimum, nec requiritur, facit liber Mureti, & Fabr. & Ab. & Vverd. in quibus *factum sit* hæc enim diversitas arguit fucam.
3. *Ubi in ignem Vestæ perpetuum ac sempiternum.* Lambinus delevit *perpetuum* & aberratque Ab. Hitt. Vverd. sed tamen cum hæreat in ead. antiq. & Pall. omn. locum ei lum rel. qu.
4. *Id quod in civili causa hodierno die primum videmus.* Hitt. & Ab. non habent *die*, probatque Gulielmus, ut sic adverbium temporis, ut *tertius, annus, de septuaginta, sexcenta, a. ka.*
5. *Una nox præne delerit.* Turingicus & Col. *una nox quam præne delerit*, longè venustius.
6. *Ne cogitari possit a civibus vobis, hodierno die præne.* Restitit editionis primæ scripturam, quæ & extat in Hitt. Fabr. Vverd. allu-

debantque Pall. in quibus & vobis, scilicet exaratum fuit primitus, *civibus*, vulgata; *postis*, *vobis* hodiernis.
7. *Ceteris tamen bene gesta mihi uni conservata resp.* Abjecimus *semper*, sanu Hitt. & Vverd. & ferè erat ut adhuc admittimus lectionem ejusdem Hitt. ut & Fabr. *bene gesta*, mihi uni *conservata resp.* quoniam & alias legi, annotatum ad Pal. sed, & sic locus fuit libro superiore.
8. *Aut recepti, beneficii, &c.* Additur ad oram Lamb. ed. alius legi in vulg. *aut recepti in amicitiam*; inepre. notum vel ex Terentio quid sit, *recepti*.
9. *Pro his igitur omnibus.* Illud igitur, mutatum in Hitt. in *ergo*: faciebat inde Gulielmus *ergo*.
10. *Qui hæc omnia suo solus periculo.* Erford. Hitt. Vv. rd. *sui solus periculo*, nihil deterius vulgato. Pal. pr. videtur malle *sui solus periculo*, quod etiam non malum.
11. *De aris ac focis.* Has quatuor voculas omiserit editiones Lambiniana, quæ tamen in omni scripta lect. one esse edita.
12. *Habetis enim consulem.* Eudor princeps, *Habetis enim cum consulem*, nostri scripti perique: *Habetis enim sine illo enim*, non male.
13. *Et per se ipsum præstare possit.* Sic Pall. & edd. v. t. sed Colon. *præstare quoad possit*, quod genitivum habet Gulielmus; & esse videtur.